Capitulum XXVIII

In precedenti capitulo audivimus quomodo maria est nostra mediatrix
Consequenter audiamus quomodo maria est nostra defensatrix
Defendit enim nos a dei vindicta et ab eius indignacione
Quod figuratum est in ~~tharbis~~ tharba filia regis saba et moyse

Maria ist unser behüterin und unser beschirmerin

In dem vordern capitel horten wir sagen wie maria unser sünerin und unser mitlerin ist Nun sullen wir hören wie sie unser beschirmerin ist wan si beschirmet uns vor gottes zorn und vor siner rache und vor des tüfels anefechtung und vor sime versüchende

Tharbis defendit urbem saba ab impugnacione moysi

Prima figura



Moyses enim cum exercitu egypciorum urbem saba obsedit
Nec erat aliquis qui hanc obsidionem dissolvere sufficit
Tharbis autem filia regis in eadem urbe habitabat
Que urbem ab obsidione hoc modo liberavit
Moyses erat amabilis valde et pulcher aspectu
Quem filia regis de muro contemplabatur crebro respectu
Et tanta pulchritudo moysi illi placebat
Ut eum sponsum habere ~~desiderabat~~ satagebat
Tandem patri suo desiderium suum aperuit
Et se moysen principem exercitus diligere asseruit

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/speculum1436/0213
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg